

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Oratio bm
cum fonte primo

Quomodo optinebit quis ut in oratione
sensus eius non uagetur?

Si certus sit assistere ante oculos
Domini.

Basilius ibidem (in exameron libro IX.).

INTERR.

Quomodo obtinebit quis ut in oratione
sensus eius non vagetur?

RESP.

Si certus sit assistere se ante oculos
dei;

si enim quis iudicem suum videns vel
principem et loquens cum eo non sibi
credit licitum esse vagari oculis et
aliorum repicere dum ipse loquitur,
quanto magis qui accedit ad deum
nusquam debet movere oculum cordis,
sed intentus esse in eum qui *scrutatur
renes et corda*, ut impleat illud quod
scriptus est *Levantes sanctas manus sine
ira et disceptatione*.

Basilius Magnus, *Regula ad monachos*,
108 (CSEL 86, K. Zelzer ed., pp.135-6).